

volentes Videbatur autem; sibi quod
 acoliti essent Laurentius et Vin-
 centius dyaconus et sub dyaconus
 duo angeli Sacerdos autem chri-
 stus ¶ Facta autem confessione
 duo pulcherissimi iuvenes in me-
 diam chori ierunt et officium mis-
 se alta voce et deuotissime incepe-
 runt et ceteri qui in choro erant pro-
 sequebantur Cum autem ad ob-
 lationem ventum fuisset regina vir-
 ginum et alie virgines cum alijs
 qui erant in choro cereos suos sac-
 doti vt moris est flexis genibus
 obtulerunt Cum autem sacerdos
 illam matronam expectaret vt si-
 bi cerum suum offerret et illa ire
 nollet; misit ad eam regina virgi-
 num per nuntium quod rusticitatem
 faceret: qui a sacerdote tantum
 faceret expectare Illa autem respon-
 dit quod sacerdos in missa sua proce-
 deret: quia cerum suum sibi non
 offerret Tunc iterum regina alium
 nuntium misit Cui similiter illa re-
 spondit quod cerum sibi datum pe-
 nitus nulli daret: sed illum ex de-
 uotione teneret Regina autem vir-
 ginum nuntio precepit dicens
 Vade et iterum eam roga. vt cere-
 um offerret Sima autem: ipsum de
 manibus eius violententer auferas
 Cuius nuntius inisset et illa roga-
 tem audire recusaret: dixit se in ma-
 nibus habere vt ipsum ab ea vio-
 lenter auferret Tunc ille cum mag-
 na violentia cerum cepit et ipsum
 auferre conabatur Illa autem for-
 titer tenebat. et viriliter defende-
 bat Cuius longa fieret altercatio

et hinc inde cerus violentius tra-
 heretur subito cerus fractus est
 et medietas in manu ipsius domi-
 ne remansit Ad hanc igitur re-
 mentem fractionem illa subito ad
 se rediit et se iuxta altare vbi se po-
 fuerat inueniens: cerum fractum
 in manu sua reperit De quo val-
 de admirans immensas gratias
 beate virgini reddidit. que eam
 sine missa illa die remanere non
 permisit: sed tali officio interesse
 fecit Illa autem cerum diligenter
 repositum et pro maximis reliquijs
 reseruauit Sed et omnes qui tan-
 guntur de eo a quacumque detinean-
 tur infirmitate protinus liberan-
 tur ¶ Quaedam alia matrona dum
 esset grauida. quadam nocte in
 somnis vidit se portare quoddam
 verillum quod colore sanguineo erat
 tinctum Euigilans autem continuo
 sensum amisit Quam dyabolus
 adeo ludificabat. vt videretur si-
 bi quod christiani fidem quam ha-
 denus habuerat. inter mamillas
 haberet. et inde continuo exiret.
 Que cum nullatenus curari possit
 in quadam ecclesia beate marie
 virginis in festo purificationis
 pernoctauit: et integram sanitatem
 recepit.

De nomine.

Blasius dicitur quasi blandus
 vel Blasius quasi telasius.
 a tela quod est habitus et spor. id est
 paruulus blandus per dulcedi-
 em sermonum habitus per ha-
 bitus virtutum paruulus per hu-
 militatem morum.

De sancto Blasio martire.